



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De impedimento erroris. Quæstio 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Ad nonum dicendum, quod condiciones particularium personarum in singulari sunt infinitæ, sed in generali possunt reduci ad certum numerum: sicut in medicina patet, & in omnibus artibus operatiuis, quæ sunt particularium, in quibus & actus considerantur & condiciones.

QVÆST. LI.

De impedimento erroris, in duos articulos diuisa. **D**inde considerandum est de impedimentis matrimonij in speciali. Et primo de impedimento erroris.

¶ Circa quod queruntur duo.

¶ Primo, utrum error de sui natura matrimonium impediat?

¶ Secundo, quis error?

ARTIC. I.

Utrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij?

206

Tho. 4. d.

30. q. 1.

ar. 1. et 2.

* q. 45.

ar. 5.

¶ lib. 3.

c. 1.

lib. 9. de

Trin. ca.

31. to. 3.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod error non debeat poni matrimonij impedimentum per se. Consensus enim, qui est causa efficiens matrimonij, impeditur, sicut & voluntarium. Sed voluntarium, secundum Philosophum in 3. Ethic. impeditur impediri per ignorantiam, quæ non est idem quod error: quia ignorantia nullam cognitionem ponit, sed error ponit: eo quod approbare falsa proponit, sit error, secundum August. * Ergo non debet hic poni impedimentum matrimonij, error, sed magis ignorantia.

¶ 2 Præterea, Quod de sui natura potest impedire matrimonium, habet contrarietatem ad bonum matrimonij. Sed error non est huiusmodi. Ergo error de sui natura non impedit matrimonium.

¶ 3 Præterea, Sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum. Sed si aliquis baptizatur Ioannem, & credit baptizatum, nihilominus Ioannes vere baptizatus est. Ergo error non excludit matrimonium.

¶ 4 Præterea, Sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum. Sed si aliquis baptizatur Ioannem, & credit baptizatum, nihilominus Ioannes vere baptizatus est. Ergo error non excludit matrimonium.

¶ 4 Præterea, Inter Liam & Iacob fuit verum matrimonium. Sed ibi fuit error. Ergo error non excludit matrimonium.

SED contra est, quod in Digestis * dicitur, Quid contra est consensui, quam error? Sed consensus requiritur ad matrimonium. Ergo error matrimonium impedit.

¶ Præterea, Consensus aliquid voluntarium nominatur. Sed error impedit voluntarium: quia voluntarium, secundum Philos. †, & Gregorium * Nissenum, a Damascenum † est, cuius principium est in aliquo defectu singularia, in quibus est actus: quod erranti non competit. Ergo error matrimonium impedit.

RESPONDEO dicendum, quod quicquid impedit matrimonium de sui natura, impedit & effectum similiter. Consensus autem est causa matrimonij, ut dictum est: ideo quod euacuat consensum, euacuat matrimonium. Consensus autem voluntaris est actus, qui præsupponit actum intellectus: deficiente autem primo, sequitur defectus error cognitionem impedit, sequitur etiam in secundo error defectus; & per consequens in matrimonio: & sic error de iure naturali habet quod impedit matrimonium.

Ad primum ergo dicendum, quod ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore: quia ignorantia sui ratione non importat aliquem cognitionis defectum: sed error ponit iudicium rationis peruersum in aliquo. Tamen quantum ad hoc, quod est impedimentum voluntarium, non differt, utrum dicatur ignorantia vel error: quia nulla ignorantia potest impedire voluntarium, nisi quæ habet errorem adiunctum; quod actus voluntatis præsupponit affirmationem iudicium de aliquo in quod fertur: unde si est ibi ignorantia, oportet ibi esse errorem: & ideo etiam error error quasi causa proxima.

Ad secundum dicendum, quod quamuis non contrarietur secundum se matrimonio; contrariatur ei

*hoc argu. habet
Erat. cau
sa 29. q. 1
* in dig.
de iurisd.*

*omn. iud.
L. Si per
errorem.
† Arist.
lib. 3. eth.
c. 1.*

** Gregor.
Niss. li. 5.
c. 3.
† Damasc.
li. 2. c. 29
q. 45. a. 2*

*erroris
& igno
rantia de
crimen.*

ei tamen quantum ad causam suam.

Ad tertium dicendum, quod character baptis-
mi non causatur ex intentione baptizantis directe, sed
ex elemento materiali exterius adhibito. Intentione
autem operatur solum, ut dirigens elementum materia-
le ad effectum proprium: sed vinculum conjugale ex
ipso consensu causatur* directe: & ideo non est simile.

Ad quartum dicendum, quod sicut Magist. 10. d. 4.
sententiarum dicit ¶, Matrimonium quod fuit inter
Liam & Jacob, non fuit perfectum ex ipso concuba-
tu, qui ex errore contigit; sed ex consensu qui post-
modum accessit: tamen uterque a peccato excusatur,
ut patet in eadem distinctione*.

ARTIC. II.

Vtrum omnis error matrimonium impediat?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod
omnis error matrimonium impediat, & non solum
error conditionis aut personæ, ut in littera* dicitur.
Quia quod convenit alicui secundum se, convenit ei
secundum totum suum ambitum. Sed error de situa-
tura habet quod matrimonium impediat, ut dicitur
est*.

¶ 2. Præterea, Si error, in quantum huiusmodi
matrimonium impedit, maior error magis debet
impedire. Sed maior est error fidei, qui est in hæreticis
non credentibus hoc sacramentum, quam error personæ.
Ergo magis debet impedire, quam error personæ.

¶ 3. Præterea, Error non euacuat matrimonium
nisi in quantum tollit voluntarium. Sed ignorantia
cuiuslibet circumstantiæ voluntarium tollit, ut patet
in 3. Ethic.* Ergo non solum error conditionis, sed
personæ, matrimonium impediunt.

¶ 4. Præterea, Sicut conditio servitutis aliquid est
annexum accidens personæ: ita qualitas corporalis
aut animi. Sed error conditionis impedit matrimo-
nium. Ergo eadem ratione error qualitatis aut situa-
tionis.

¶ 5. Præterea, Sicut ad conditionem personæ pro-

*ut dicitur
est, q. 45.
ar. 1.
lib. 4.
sent. d. 30
S. A. in
med.
* li. 4. ser.
d. 30 eo-
dem S. A.
207
* lib. 4.
sent. d. 30
S. A.
art. præc.
lib. 3. c. 1.
lib. 3. c. 1.*

...seruic
...aut * f
...conditio
...monium
...Præte
...etiam di
...tra dice
...marin
...modi d
...SED cont
...monium in
...tractus, i
...re venditi
...non in
...impedi
...Prætere
...os ille er
...Sed gra
...Ergo pri
...Prætere
...nem se cre
...eo comm
...non pol
...redit: f
...personæ
...RESPONDI
...ad inuolunt
...ia habe
...Error a
...circumst
...differenti
...percutiar
...em esse, no
...sed si cred
...le percuti
...a diligen
...turo impe
...matrimo
...suppleme

seruitus & libertas: ita nobilitas, vel ignobili-
 tas, aut status dignitatis, & priuatio eius. Sed er-
 ror conditionis libertatis vel seruitutis impedit ma-
 trimonium. Ergo & error aliorum dictorum.
 Præterea, Sicut conditio seruitutis impedit,
 etiam disparitas cultus, & impotentia cocundi;
 infra dicitur *. Ergo sicut error conditionis po-
 test matrimonij impedimentum, ita error circa alia
 modi deberet impedimentum matrimonij poni.
 SED contra, Videtur, quod nec error personæ ma-
 trimonium impediatur. Quia sicut emptio est quidam
 contractus, ita etiam matrimonium. Sed in emptio-
 ne venditio si detur aurum æquiualens pro alio
 metallo, non impeditur venditio. Ergo nec matrimo-
 nium impeditur, si pro vna muliere alia accipiat.
 Præterea, Potest contingere quod per multos
 annos iste error detineatur, & filios & filias generet.
 Sed graue esset dicere quod tunc essent diuiden-
 di. Ergo primus error non frustra matrimonium.
 Præterea, Potest contingere quod frater viri,
 cum se credit consentire mulieri, offeratur ei, &
 cum eo commisceatur carnaliter: & tunc videtur,
 quod non possit redire ad illum, in quem consentire
 credidit: sed debeat stare cum fratre eius. Et sic
 error personæ non impedit matrimonium.
 RESPONDEO dicendum, quod sicut error ex hoc
 quod inuoluntarium causat, habet excusare pecca-
 tum, ita habet quod matrimonium impediatur ex eo.
 Error autem non excusat à peccato, nisi sit
 in circumstantiâ, cuius appositio vel remotio fa-
 cit differentiam liciti & illiciti in actu. Si enim ali-
 quis percutiat patrem baculo ferreo, quem credit li-
 berum esse, non excusatur à toto, quamuis forte à can-
 nis si credat quis percutere filium causa discipli-
 nae, & percutiat patrem, excusatur à toto, adhibita
 diligentia. Vnde oportet quod error, qui ma-
 trimonium impedit, sit alicuius eorum quæ sunt de es-
 sentia matrimonij. Duo autem includit ipsum matri-
 monium.

Et monium,

* Al di-
 gnitas sta-
 tus.

q. 52. a. 2
 q. 58.
 ar. 1. q.
 q. 59. a. 1.

simile ar-
 gum. pro-
 ponit Gra-
 tian. 19.
 q. 1. post
 med.

monium, scilicet personas duas, quæ coniunguntur
& mutuam potestatem in inuicem, in qua matrimo-
nium consistit. Primum autem tollitur per errorem
personæ; secundum, per errorem conditionis: quia
seruus non potest potestatem sui corporis libere al-
teri tradere sine cōsensu sui domini. Et propter hos
hi duo errores matrimonium impediunt, & non alij.

Ad primum ergo dicendum, quod error non ha-
bet ex natura generis, quod impediatur matrimonium;
sed ex natura differentiarum adiunctarum: prout scilicet est
error alicuius eorum, quæ sunt de essentia matrimo-
nij*.

in corp.

Ad secundum dicendum, quod error infidelitatis
matrimonio non est circa ea quæ sunt matrimonium
consequentia: sicut an sit sacramentum, vel an sit
licitum. Et ideo error talis matrimonium non impedi-
dit:† sicut nec error circa baptismum impedit ac-
ceptionem characteris, dummodo intendat facere
recipere quod Ecclesia dat, quāuis credat nihil esse.

† 3. p. q.
67. ar. 5.
corp.

* ar. pra-
ced. in
corp. hu-
ius art.

Ad tertium dicendum, quod non quilibet circum-
stantia ignorantia causat inuoluntarium, quod erro-
sat peccatum; ut dictum est*: & propter hoc
non sequitur.

† Grat. in
detr. caus.
1. 29. q. 1

Ad quartum dicendum †, quod diuersitas
non variat aliquid eorum, quæ sunt de essentia mat-
rimonij; nec diuersitas qualitatis, sicut facit con-
seruitatis: & ideo ratio non sequitur.

* Gratia.
ibide, &
Mag. sit.
d. 30. S.
A.

Ad quintum dicendum, quod* error nobilitatis
in quantum huiusmodi, non euacuat matrimonium
eadem ratione, qua nec error qualitatis: sed si error
nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem per-
sonæ, tunc impedit matrimonium. Vnde si confes-
sionem mulieris feratur in istam personam directe, error nobi-
litis ipsius non impedit matrimonium: si autem
recte intendit consentire in filium regis, quicquid
sit ille; tunc si alius presentetur ei quàm filius regis,
est error personæ, & impediatur matrimonium.

Ad sextum dicendum, quod error etiam alio-

impedimentorum matrimonij, quantum ad ea, quæ
 sciuntur personas illegitimas, impedit matrimonium.
 Sed ideo de errore illorum non facit mentionem: quia
 non impediunt matrimonium, siue cum errore sint,
 siue sine errore: ut si aliqua contrahat cum subdiaco-
 no, siue sciat, siue nesciat, non est matrimonium.*
 Et conditio seruitutis non impedit, si seruitus scia-
 tur: & ideo non est simile.

Grat. ib.
 q. 2. c. 3.

Ad septimum dicendum, quod pecunia in contra-
 ctibus accipitur quasi mensura aliarum rerum, ut pa-
 tet in 7. Ethic.* & non quasi propter se quaesita: &
 ideo si non deur illa pecunia, quæ creditur, sed alia
 equalens, nihil obest contractui: sed si in re quaesita
 propter se esset error, impediretur contractus, sicut
 si aliquid venderetur asinus pro equo. Et similiter est
 in proposito.

lib. 5. c. 5.

Ad octauum dicendum, quod quantumcumque
 contrahitur cum ea, nisi de nouo consentire velit, non est
 matrimonium.

Ad nonum dicendum, quod si ante non consen-
 sit frater eius, potest eum quem per errorem
 accepit, retinere: nec potest ad fratrem eius redire,
 neque si sit cognita carnaliter ab eo quæ accepit.
 Si autem consenserat in primū per verba de presenti,
 potest secundum habere primo viuentem, sed pos-
 set vel secundum relinquere, vel ad primum redire:
 ignorantia facti excusat peccatum, sicut & excu-
 sat post consummatum matrimonium, si a con-
 iugio viri sui fraudulenter cognosceretur: quia
 alterius non debet sibi præiudicare.

QVÆST. LII.

In impedimento conditionis, in quatuor articu-
 los diuisa.

¶ Et de impedimento conditionis.

¶ Circa quod quaeruntur quatuor.
 Primo, vtrum conditio seruitutis matrimonium
 impediat?

Et a ¶ Secus